

8  
15  
3





61

1. V  
174


107e

A. o. 157.





M. IO. GOTTLIEB LINDNERI  
CVRAE POSTERIORES  
IN  
ATHENAGORAE  
DEPRECATIONEM  
PRO CHRISTIANIS.



LONGOSALISSAE 1775.  
apud IOH. CHRISTIAN. MARTINI.

M. IO. GOTTLIEB LINDNER  
CATALOGUS BIBLIOTHECÆ  
ATHENÆ AGORÆ


DEE. BOCTONEM  
PROF. G. H. STARK



←—————→  
LONDONDRIÆ 1797  
J. H. STARK, MARTINI







**A**bsoluta iam et publici iuris facta *Athenagorae* editione, per literas mihi, a C. W. F. WALCHIO Viro Summe Reuerendo, cuius ipsius auctoritate ad hanc Apologiam edendam accesseram, significatur, sibi, quantum ex praefatione conicere licuerit, videri, editionem P. Marani Monachi Benedictini, quam ille editioni Operum Iustini Martyris Anno *MDCCCXLII*. Hagae Comitum, vel potius Lutetiae Parisiorum emissae, vna cum caeteris Apologiarum scriptoribus, adiunxerat, mihi esse incognitam. Erat illa mihi quidem ex nouis literariis aliquo modo cognita; sed quoniam eam nunquam videram, an multum utili-



tatis inde peti ad rationem mei instituti possit, dubitabam, & spe incerta eandem ex longe remotis locis perere inconsultius esse ducebam. Tum vero cupido est incensa, etiam hanc editionem conferendi, cum praesertim insignia Monachi Benedictini in Iustinum Marryrem merita me non fugerent: nec spes expectantem est frustrata quum eius libri a Prof. HEYONIO Viro Praecellentissimo pro summa, qua in me est, liberalitate copia esset facta. Quem librum quum, non sine magna voluptate, et vero maximo etiam cum fructu legissem, nolui hac symbola defraudare eos, quibus mea editione uti fuerit visum.

In libri titulo *πρεσβείων* vertit *legationem*, quod non probo, non solum propter usum vocabuli, quo *litteras* etiam *supplices* notat, verum etiam quia in tota orationis serie nihil est, quod *legationem* cogitare suadeat. A civitatibus, populis & regnis liberis mittuntur *legationes*; a populis alterius arbitrio subiectis, ad Principem cui parent, *litterae* mittuntur *supplices*. Et si vel maxime demus, esse has litteras supplices, quibus orant, ut audiantur, et re cognita, vel absolvantur, vel damnentur, nominis Christiani iussu et auctoritate, Imperatoribus per delegatos quos-



quosdam oblatas: quinam, obsecro, fuerunt illi delegati? quonam mandato, a civitatibus Christianis, ad hoc munus instructi? hoc vero ostendere debebant, qui pro *Legatione* pugnant. Quod quamdiu non est praestitum, tutius erit *πρεσβείω* vertere: *deprecationem, literas supplices.*

p. 2. Δελτώ-Κομμόδω) Retraeto hic omnia, quae pro *Lucio*, Marci fratre, a me sunt scripta. In errorem induxit *Cel. ab HOVEN*, qui, in Fastis Marci et Lucii, annum a Christo nato 167 nominat, quo Athenagoras legationem obierit. Quo anno semel arrepto, non poterat filius *Commodus*, puer sex annorum, et modo, Lucio petente, Caesar creatus, *Augusti* nomine honestari. Obstabat quidem *AVRELI* nomen, quod *Lucius*, quantum scio, nunquam gessit: obstabat nomen *Commodi*, quod statim, in societatem imperii a Marco assumptus, cum nomine *Veri* permutavit: obstabat etiam titulus *Sarmatici*, quem *Lucius* nunquam usurpavit; sed *Aurelii* nomen ideo ferebam, quoniam, docente Capitolino, post septimum annum in familiam *Aureliam*, per adoptionem

A 3                      fuerat



fuerat traductus. Ex eodem Capitulo cognoueram equidem, post consulatus honorem, praeceptum fuisse a Marco, ut *Verus* vocaretur, quem antea *Commodum* vocassent; sed hoc ita interpretabar, ut *Veri* nomen familiaris vsurpari coeptum crederem, Commodi tamen nomine non plane sublato; et *Sarmatici* titulum, praeeunte Cl. Dodwellio in *Parthici* titulum mutabam. Re vero consultius deliberata, video tempus huius deprecationis oblaræ referendum esse ad annum 177 exeuntem, vel ineuntem annum sequentem. Exeunte enim consulatus anno, quem anno 177 cum Quintillo Commodus gessit, vel ineunte sequente, *Commodus*, Marci filius, *Augustus* est creatus, ut patet e numo apud Medio-barbum p. 242 et *Pagium* ad a. 178, cum titulo *L. AVR. COMMODVS AVG. GERM. SARM.* Quo anno posito, omnia sunt facilia, nulla opus mutatione. *Armeniacy* titulum anno a nato Christo 164 receptum probant non solum numi apud *Iac. de Bie* Tab. XXIX, verum etiam Capitolinus, qui *delatum Armeniacy nomen utrique Principum* (Marco



(Marco et Lucio fratri) tradit. A Marco autem patre deinde in Commodum filium translatum. Sarmatici vero nomen adeptus est *Marcus*, teste eodem *de Bie* IMPERATOR OCTAVVM, CONSVL III.

p. 3. l. 1. ἡ ὑμετέρα. Magis perspicue scrip-  
sisset: ἐν τῇ ὑμετέρα ὀικεμένη.

p. 4. l. 1. M. B. vertit: *Helenam colit,  
Adrasiam illam existimans.*

p. 5. l. 1. pro Τέννην Οδίαν Gesnerus le-  
git Τέννην Τενέδιος, *Tenen Tenedius colit,*  
quod probo Conf. Ciceronem in Verr,  
l. 19.

p. 6. l. 4. ἐπιτρέπετε) sc. θεὸς νομίζεν,  
ὅς ἂν ἐθέλωσιν.

Ibid. l. 7. ἀναγκαῖον sc. νομίσαντες.

Ibid. l. 9. M. B. vertit: *ne ipso auditu  
offendamihi*: Sed tum debebat esse προσ-  
κεσθῆτε, ut coniecit *Praec. Heynius* in  
litteris ad me datis. Pro ἡμῶν δὲ Codex  
Institutionis Paris. Oratorii ὑμῶν δὲ,



vnde M. B. coniicit: ἡμῶν δὲ . . . τὸ  
ὄνομα τί ἀπεχθάνεται; vt melius qua-  
dret sequens ἡ γὰρ &c.

p. 7. l. 3. πρὸς ἀπάντας Reg. I. et alter  
Otto bon.

Ibid. l. 10. μηδένα ἀδικήντας Reg. I.  
vterque Otto bon.

f. 8. l. 8. παυσόμεθα Clarom. et I. Anglic.

Ibid. l. 14. μὴ omittit etiam M. B.

p. 12. l. 12. φεύγσει vterque Reg. et  
Orat.

p. 13. l. 4. M. B. vertit: *eadem iudicii  
ordine* &c.

p. 15. l. 9. M. B. vertit: *doctrinam no-  
stram defendere incipienti*. λόγος in eo  
significatu, ut Cap. II. 6.

p. 16. l. 5. videtur, inquit M. B. Athena-  
goras Iustinum imitari & falsas crimi-  
nationes, vt prava quaedam integu-  
menta considerare, quae doctrinae  
Chri-



Christianae superiniiciantur. Vel legendum censet ἀπολυσάμενοι, postquam depulerimus.

p. 17. l. 6. νόμῳ φύσεως. Hanc naturae legem qui de *iure naturae* interpretantur, ii nihil aliud dicunt, quam quod ego, per *instinctum naturalem*, intellectum volueram. Ius enim naturae, quatenus in bruta cadit, ex disciplina Stoicorum, pro stimulis naturalibus accipitur, quibus ad agendum determinantur. Hos stimulos ego *instinctum naturalem* dixeram. Si cui tamen ius naturae magis placet, poterit, per me, eo uti, modo cogitet, nullum aliud ius naturae in bruta cadere, quam quod obseruant, quum stimulis illis obtemperant.

p. 19. l. 1. τίνα ἔν πρὸς Μ. Β.

Ibid. l. 8. μὴ ὁμονοεῖν) Μ. Β. coniicit μὴ μηνυεῖν, qui nomen nostrum deferri uertatis. Marcus enim Aurelius Christianos deferri ueruerat, paucis annis ante, quam hanc Apologiam Athenagoras offerret.



p. 20. l. 1. τῆς βασιλείας Reg. 2. Anglic. 3.

Ibid. l. 3. M. B. coniicit ἢ τοῖς διώκων.

p. 24. l. 10. ἐπισήσαντες) M. B. vertit: *quum de Deo quaererent*. Elegantissima vero est coniectura Praec. Heynii, qui legit ἀπισήσαντες. Allegatus enim Euripidis locus habet dubitationem. Sed quoniam tamen alius eiusdem poetae locus δογματίζει, vel certi aliquid de Deo adfert, atque idem, qui de Diis vulgi dubitat, Deum illum intelligentiae soli expositum certo adstruit, ego nihil definierim.

p. 25. l. 7. M. B. coni. ἔτως ἐκεῖνος, *sic ille decernens et asseuerans*. Mihi perplacet *Petiti* lectio hoc sensu: *de Deo autem, qui ab eruditis mente percipitur, idem saniora docens*, ait. Opponuntur sibi διαφορῶν et δογματίζων: περίληψις et ἐπισήμη: ὀνομαζόμενος et νοητός: ἀνεπισημόως et ὡς ἔχει νῆς.

p. 27. l. 3. Rectius ex Euripidis Hecuba versus citatur a Iustino in lib. de Monar-



narchia: Ζεὺς ὄσις εἶ Ζεὺς ἔ γὰρ οἶδα  
πλήν λόγῳ.

p. 28. l. 4. τὰ Φαινόμενα αἴερα vterque  
Régius, vterque Ottobon. et Orat. vnde  
M. B. coniicit: τὸν ἀδελφὸν νοῶν τὰ  
Φαινόμενα εἴωρα, *illum autem inuisibilem  
ex operibus inquirens, ea videbat, quae  
manifesta sunt in aethere & terra,*

p. 29. l. 4. M. B. coni. τὰ ἐκείνῃς (*Sopho-  
cle assentiente . . . circa Dei naturam,  
quae diuina opera implet pulchritudine*)  
*utrumque et ubi Deum esse oporteat, et  
vnum esse oportere, demonstrans.* Sed  
durum est, πρὸς interpretari *circa.*  
Ego malim: *praeter naturam Dei, quae  
mundi pulchritudinem replet, utrumque et  
infinitatem et unitatem Dei docens πλη-  
ρημένην* in significatione activa, vt Eph.  
I, 23. Prius docuerat Euripides, po-  
sterius Sophocles.

p. 33. l. 5. ἔν omittit M. B.

p. 34. l. 2. γεννητῆς M. B.

p. 36. l. 1. τὸ αἰθέριον fort. τὸν αἰθέρα.

p. 40.



p. 40. l. 5. M. B. coniungit ἐπέβαλον σοχαστικῶς, ut res alias ita hanc quoque coniuciendo attigere, ex quadam diuini flatus cognatione, a sua quisque mente impulsi. Tum iunge κινηθέντες cum ὑπὸ τῆς etc.

p. 41. l. 3. Cod. Clarom. τοσῶτον δὲ δι-  
νηθέντες περινοῆσαι περὶ θεῶ ἀξιώσαν-  
τες μαθεῖν, ἀλλὰ παρ' αὐτῶ ἕκαστος.  
M. B. nihil mutandum censet praeter  
illud ὄν ante εἰ παρὰ, quod aut tollen-  
dum, aut mutandum in οἱ vel ὡς, sed  
tantum in eis facultatis minime inuentum  
est, ut rem inuestigatione assequerentur;  
quippe cum de Deo non ab ipso Deo, sed  
a se quisque discendum sibi esse existi-  
massent.

p. 43. l. 3. τε καὶ γενητοὶ M. B. omittit,  
recte.

Ibid. l. 6. ἀπό τινος M. B. vertit: nec  
ab alio orta.

p. 45. l. 3. εἰ μὲν γὰρ ὁ Rom. 3.

p. 46. l. 7. ἔτε l. vlt. ἢ τί.

P. 47.



p. 47. l. 4. M. B. verba ὁ γινόμενος, κατὰ τὸ ὄντος in versione omisit, affuta ab aliquo, qui prius addiderat similem vocem καὶ γενητοί, ut duo illi dii, praeter mentem Athenagorae, geniti et ingeniti dicerentur.

Ibid. lin. vlt. προνοῆ Reg. I. M. B. vertit: *Num etiam prouidet? nihil sane ab eo factum, nisi prouideat. Quod si nec facit quidquam, nec prouidet.*

p. 49. l. 1. verba a νομίζω - ἀλλὸν ἐμπνεύσαι. M. B. parenthesi includit, & legit νομίζω γὰρ.

p. 50. l. 3. M. B. interpungit πρώτος, καὶ μετὰ ταῦτα. & interpretatur, *primus & nouissimus.*

p. 51. l. 9. ἀγέννητον l. pro ἀγέννυ.

p. 52. l. 5. M. B. maugult συγκροτεῖται *instruitur, apparatus.* Sed placet lectio *recepta conseruatur.*

p. 53. lin. vlt. M. B. coni. πρὸς αὐτὸν omnia secundum exemplar in verbo descriptum creata esse.

P. 54.



p. 54. lin. vlt. M. B. δύναμιν interpreta-  
tur recte *diuinitatem* conf. 10, 3.  
22, 3.

P. 57. ἀλλ' ὡς — — προελθὼν, *non quod  
factus sit, sed quod prodierit, ut omnium  
materialium rerum . . . idea et actus  
foret.*

p. 58. l. 1. M. B. conī. γῆς ἀχρεΐας, *in-  
ertis terrae*, non male, sed tum nihil  
est, quo δίκην referatur,

p. 61. l. 2. ἀγίον.

p. 62. l. 3. διὰ-λόγῃ, M. B. in versione  
non expressit.

p. 65. l. 6. οἱ διὰ τέτων εὐδαίμονας Cla-  
rom et 2 Anglic.

p. 66. l. 3. καὶ τὲς duo Anglic.

Ibid. l. 7. ἀπόρρητα ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα  
Reg. 2. Angl. 3. et M. B. qui vertit:  
*artis suae arcana sibi ipsis inuestigare.*  
Non probō. Ego sic verto: *qui con-  
tra non desinunt, malo animo, aliorum*  
arca-



*arcana rimari.* lin. 10. M. B. πεποι-  
ημένοι. vertit: *existimantes.*

p. 67. l. 2. τὴν παρὰ τῆ λόγῃ M. B. ver-  
tit: *eam, quae ex doctrina nostra perci-  
pitur, et post, ea, quae ex animi indu-  
dione proficiscitur.*

p. 71. l. vlt. M. B. emendat: παραπεμ-  
πόμενοι τῆ τὸν θεὸν καὶ τὸν etc. et ad-  
dit: *cur τῆ ponendum existimem pro  
τέτε ducor auctoritate codicis Reg. 2,  
vbi postremum τῆ alia manus addidit.  
Cum autem, librarii alicuius culpa,  
pro his vocibus ὑπὸ τῆ τὸν θεόν,  
scriptum fuisset ὑπὸ τέτε ὄν: lector  
non indoctus viderur apposuisse mar-  
gini ἵσως θεόν i. e. fortasse legi oportet  
θεόν, et hinc enatus est error.*

p. 72. l. vlt. παραπεμφθῶμεν *ex hac vi-  
ta ad futuram perducamur.*

p. 73. l. 6. ἵνα κερθῆναι scil. ὑπὸ τῆ  
θεῶ.

Ibid. l. vlt. M. B. ἐνοχλοῖμεν.

p. 76.



p. 76. l. 5. ὅταν. M. B. addendum viderur ὅν, *hunc igitur opificem tenentes deum* — ἐπαιρώμεν, *si tollamus.*

p. 77. l. 11. προσφέρειν δὲ Clarom. tres Angl.

p. 78. l. 5. μάτην M. B. plane delet, reperitum ex sequ. ἀλλ' ἀθην. Deinde οἷς ἴσασι M. B. veritit: *quia non eosdem, ac ipsi agnoscimus, inter se de Diis consentiunt.* Quo sensu, equidem ignoro.

p. 81. l. 2. lectionem Rechenbergii habent 2 Reg. Clarom., et Orat.

p. 84. l. 4. πάντες deest in editt. Paris.

p. 87. l. 1. l. ὕλη. l. 9. ἐργασαμένους Reg. vterque et Ottobon.

p. 89. l. 3. περιέχων sc. πάντα M. B. Idem lin. 10. παρ' ὧν, ὧν ἀν, *a quibus ea, quibus indigent, consequantur.* Nihil opus. Deest ἐκείνων ante ὧν.

p. 91. l. 3. Ingeniosa est. S. R. Walchii explicatio: *omnia Deus sibi ipse est: — est sibi mundus perfectus.* Sed tum αὐ-  
τῷ



τῶ in singulis membris ita erit repetendum: nihil opus fuit creato sole, cum Deus ipse sibi sit lux eaque inaccessible: nihil creato mundo, cum ipse sibi sit mundus perfectus: nihil spiritibus caeterisque naturis virtute et ratione praeditis, cum ipse sibi sit spiritus, virtus, ratio. Et ita Athenagoras idem dicit, quod Minucius Felix Octau. c. 18, 7. *Deum ante mundum fuisse sibi ipsum pro mundo.*

p. 91. lin. vlt. καὶ deest 2 Anglic, et Regio utroque.

p. 92. l. 8. καὶ σῶμα scil. αὐτῶ. M. B. supplet θῶ.

p. 93. l. 2. τὴν artic. non habet, M. B.

p. 96. l. 6. ἐν πᾶσι M. B. vertit: *cum omnibus eruditus.* Ego malim: *qui in antiquissimis quibusque scriptis, si alius quisquam, versati.* l. 9. λεγομένοις, ita dicitis I Cor. 8, 5.

p. 101. l. 2. καὶ ἀναγλύψας ex Clarom. addidit M. B.

p. 102. l. 1. ut Bodl. 1, 2. ita M. B. quia Plastica prior, quam statuaria, auctore Plinio. lib. 24.

p. 102. l. 7. Ἀθηλαῖν Mineruam dicitam M. B. existimat, quia eius simulacrum  
B cum



cum vnica mamilla, vt Amazones solebant, effictum.

- p. 108. l. 5. Multi veteres libri *παρέχων*.  
 p. 109. l. 4. τῶ M. B. omittit, auctoritate codd. Anglic.  
 p. 111. l. 4. *αὐτῶν* scil. capitum leonis et draconis.  
 p. 112. l. 7. *Κόττυν*. M. B.  
 p. 114. l. 4. pro ὄν, εἶναι M. B. coni. ὄν νοεῖται, *ab initio esse intelligitur*.  
 p. 115. l. 2. καὶ et lin. 3. μὲν M. B. delet, non inuenta nec in ed. Paris. nec in suis codicibus.  
 p. 116. l. 8. μένει deest in edit. Paris. *σάσις* Reg. 2. Clarom. 3 Anglic.  
 p. 117. l. 4. καὶ ὕλης — τεχνίτης; defunt Clarom. et 3 Anglic.  
 p. 118. l. 2. *παραγενομένην* Reg. 2.  
 p. 119. l. 7. τῆς non habet M. B.  
 Ibid. l. vlt. Codd. nonnulli *κόρης*. Clarom. et 3 Angl. *γενομένης*. Reg. 2. *γενομένη*.  
 p. 124. l. vlt. M. B. vertit: *ut Iupiter comprehendi non posset*.  
 p. 127. l. 6. γὰρ καὶ, posterius deest in vno Angl. p. 130. l. 8. *μαιφόνε*.  
 p. 131. l. 6. M. B. coniicit & *καταβαλέσει*; *annon proucient?* Deinde in 3 Anglic.



Anglic. λῆρον τὸν ἀσεβῆ. pro περὶ τὸν  
leg. περὶ τῶν.

p. 132. l. 3. Ex Cod. Clarom. M. B. ἢ  
γὰρ θεοὶ; ἀψεται, *quatenus enim dii,  
an eos attinget cupiditas?*

p. 134. l. 9. ξένων Reg. 1. et sex alii.

p. 137. l. 7. M. B. delet τῆς, et l. 8. post  
συγχεόμενα, ponit comma h. f. *quae  
sine amicitia permanere non possunt, discor-  
dia autem confunduntur*; haec quomo-  
do deos aliquis dixerit?

p. 139. l. 1. M. B. vertit: *quod autem  
imperat, dominatum tenet.*

Ibid. l. vlt. ed. Oxon. ἐπισυνάπτοιο.

p. 140. l. 3. ἀρσενόδηλον τινὲς διαλέγσ-  
σιν Clarom.

Ibid. l. vlt. In 2 Angl. et Clarom. ἢ τῆς  
ὑλῆς κεχωρηκός caeteris omissis. Ae-  
ton. retinet vocem ἀλλοαγή; caetera  
omittit.

p. 141. l. 2. Angl. 3. αὐτῆ scil. θεῶ.

p. 143. l. 10. τί δὲ πλέον Reg. 2. Clarom.  
et 2. Angl.

Ibid. l. 14. ἢν φρόνησιν M. B. coniiicit.

Ibid. l. vlt. τὴν φύσιν 3 Angl. et Reg. 2.

p. 144. l. vlt. M. B. conii. ἢ περὶ ὄρε. et  
collocanda cenfer verba post καλεῖται.  
Probo.



- p. 145. l. vlt. M. B. scribit Gesnerum coniecisse τὸ λόγῳ.
- p. 147. l. vlt. ἀπ' αὐτοῖς Clarom.
- p. 148. l. 2. M. B. coni. ἢ πρὸς ταύτας... ἢ γῆς, ut Iouis nefarius cum istis coitus, terrae et aeris coitus sit.
- Ibid. l. vlt. συντετήκασιν pro συνετήκασιν vterque Reg. et occurrit Cap. 22, 24.
- p. 154. l. 5. εἰδότηων οὐτο Codd. mss, et sic Clemens Alexandr.
- p. 155. l. 4. M. B. Φόρκυς.
- p. 156. l. 1. Gesn. ἐξαιπών. Post hoc vocabulum parenthesis ponenda.
- p. 159. l. vlt. M. B. coni. ὅς ἐτέρω.
- p. 161. l. vlt. M. B. sensum loci non videtur cepisse, quem tenuit Gesnerus, quum legeret ἀνεικότως. Sensus est: etiamsi Poetae et Philosophi, qui confuse multa de Diis sentiunt, possent vexari; nos tamen immunes esse ab hac vexatione par erat, qui distincta ratione de Deo loquimur.
- p. 163. l. 1. M. B. coni. ἀρχέστας, quae circa materiam et ope materiae principatum exercent.
- Ibid. l. 5. κατὰ τὰ Φαινόμενα M. B. vertit: ut oculis cernimus.



- p. 170. l. 5. ὁμοίως — ποιέμενοι defunt  
Clarom. et 2 Angl.
- p. 171. l. vlt. pro ἀγες M. B. conī. αἰεί.  
Idem linea praecedente ἐναπίπτοντας.
- p. 173. l. 3. ἡ γῆ δ' ἀνάγκη etc. M. B.  
recte.
- Ibid. l. 5. Φύσσα πόαν Ducaeus. Post l. 8.  
M. B. κατὰ τὸ—νόμῳ, *caetera secundum communem naturae constitutionem, lege rationis, gubernentur.* Post ἀξίως  
ponatur colon, hoc sensu: providentia singularis vere, non ex nostra opinione, pro meritis administratur.
- p. 174. l. 13. καὶ ἕνα καὶ κοινὸν M. B. Idem  
lin. vlt. ἑαυτῷ λόγον.
- p. 178. l. 5. pro ἄλλως μὲν vnus ex Angl.  
αὐτῶς μὲν.
- p. 179. l. 10. τὸν ἄνδρα 2 Angl.
- p. 181. l. 3. M. B. conī. ἐνήργει, quia mortuus Neryllinus, quum haec scriberet Athenagoras.
- p. 182. l. 3. M. B. conī. καθελομένη εἰς  
γῆν.
- p. 183. l. 1. περὶ αὐτῶν duo Anglic.
- p. 186. l. 1. σφέας αὐτῶς M. B. l. 5. ὕσα-  
τον Herod. l. 6. Ὀσίγιος Herod.
- p. 188. l. 2. καὶ σώτειραν Herod. l. 4.  
θεοσεβείας Reg. 2. Clarom. et 2 Anglic.



- p. 190. l. 2. ἔξω ἢ τὰ M. B. ex Herod. emendar. Et lin. vlt. supplet λέγῃσι, *sed quia idem dicunt Alexander et Mercurius, qui Trismegistus vocatur, et in numeri alii etc.*
- p. 194. l. 1. ὡς p. ὅς.
- p. 196. l. 5. iunge *utrisque manibus.*
- p. 198. l. 5. lege: Πολυδεύκης l. 2. fort. ἀποθνήσκον, scil. τὸ θεῖον.
- p. 201. l. 1. δεκάτη γενεῇ retinet et ex Tertulliano tuetur M. B.
- p. 202. l. 6. M. B. verrit: *ob humanitatem in subiectos sibi ciues.*
- p. 205. l. 2. αὐτῶν M. B.
- p. 206. l. 6. p. ἀδέες legendum fortasse ἀδέσμες.
- p. 208. l. 7. εἶδεν M. B. Idem l. 8. ὀσιότητα pro ὀρθότητα. Sed tacet, unde habeat.
- p. 215. l. 2. γυναικὶ δ' ἀδελφῇ Reg. 2, et Rom. vterque.
- p. 216. l. 4. M. B. legit eiecto vocabulo θεοστασία: βασιλευσσαι ἐδέλων καὶ ἐκδικηθῆναι, *cum regnare ac se vicisci vellet.*
- p. 219. l. vlt. M. B. purat haec ex apocrypha aliqua scriptura defumta.
- p. 220. l. 10. M. B. ὑφ' ὑμῶν, quod displicet. Tribus enim modis nuptiae con-



contrahebantur, *confarreatione*, *coemtionem* & *usu*. Prior modus, qui, sacrificio oblato, per Pontificem Maximum et Flaminem Dialem fiebat, a Christianis obseruari, salua religione, non potuit. Idem statum de iis nuptiis, quae *usu* fiebant. *Coemtionem* fieri quidem potuit; sed Christianos tamen putos suas sibi leges et instituta habuisse. Neque obstant *tabulae nuptiales*, quae Tertulliano teste, secundum leges Romanas fiebant, eo scilicet consilio, ut in iudicio essent validae.

p. 225. l. 3. M. B. vertit: *tum quod manum Dei transgreditur; tum quod carnis cum carne coniunctionem, quodam veluti vinculo ad commiscendum genus colligatam, dissoluit.*

p. 226. l. 1. εἰς τὸ γένος Clarom. et Ar. glic. & Ducaeus.

p. 228. l. vlt. καὶ γὰρ — βιάζεται M. B. parenthesi includit.

p. 231. l. 9. τὸν φρονεούμενον M. B. & Reg. I.

p. 231.




p. 232. l. 12. ἀναγεῖν.

p. 235. l. vlt. M. B. emendat; συνστιαμέ-  
νων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων, κατὰ τὴν  
ἐπιτύχουσαν, τῶν σωμάτων. ἐκ δὲ τῶν  
ισητῶν, τῶν αἰδητῶν, quippe cum ex in-  
corporeis, per cumulatam coniunctionem  
insensibilem, consistunt corpora, et ex iis,  
quae mente percipiuntur, ea quae sensu.

p. 238. l. vlt. ὑψηλοῦμεν.













Handwritten text at the top left, possibly a library or collection identifier.

36 15  
43

WD 18


ULB Halle 3  
003 897 575




4











B.I.G.

Farbkarte #13

IO. GOTTLIEB LINDNERI  
RAE POSTERIORES  
IN  
HENAGORAE  
DEPRECATIONEM  
PRO CHRISTIANIS.



LONGOSALISSAE 1775.  
ad IOH. CHRISTIAN. MARTINI.

